



Hollandiæ pars septentrionalis, vulgo Westvriesland en 't Noorder Quartier

Kaart van het noordelijk deel van Holland, Willem Jansz. en Joan Blaeu, ná 1642

<https://hdl.handle.net/1874/20442>



Hol-48

Medenblīcum. Etum: jam an. c^lo cc xxxvii extitisse ex annalibus constat. *Medenblīcum*, Iunio inter municipia maritima commemoratum, nunc oppidulum satis munitum, quodque arcem habet per vetustam. Firmissimi hic omnium sunt aggeres, qui suo oppositu maris Septentrionalis furias intrepide excipiunt, quos alga (maris egestamentum est) prætexunt: materia ubi confederit, tam firma & solida, ut moles saxeæ vix densius firmamentum coagmentumve præbere possint; tantopere illa sævientis fluctus protrahiam respuit. Ager vicinus per fossas inciles in prata herbida, bubus opimandis peropportuna, divisus est. *Purmerenda*, municipium quondam cum arce non ineleganti, nunc oppidi in modum vallo cinctum & latis fossis. Plurimum illi splendoris & opum accessit, postquam superioribus annis Beemstriæ lacus, magno studio & molimine exsiccatus, agrorum, pascuumque officium præstare cœpit.

Purmerenda. est & infirmum, muniatur ac cum autem tam magni momenti habeat efficacis præsidii, ut si casu fortuito aliqua in temperie id perfringatur, Hollandiæ partem uncooperiendam adfirment. Ver annis, ob ingentes qui in hanc dam quotannis impendebant missa ea fuit maris ac procellarum jam pendentes ex alto trabes, passim appareant, & vestigia Objecto autem mari ingenti ne arctius pressum perrumperegeres terrestres in summam a & alter aggesti sunt, qui ob insurcitatem, *Slapers* vocantur. Iustum maris ludibrium est, cuius ædes reliquæ obortis per hyems absorbentur. Novum veteres exstruere incipiunt pagi

Pagi insi-
gnes.
Scaga.
Egmonda. Sunt & hic loca celebriora, Scaga, Egmonda, Pettemum. *Scaga* sita est in extrema Septentrionalis Hollandiæ parte, & Alcmaria simul ac Medenblica pari trium leucarum intervallo ab juncta: municipium elegans & copiosum, oppidi in star contiguis ædificiis habitatum. Solum habet tota Hollandia fertilissimum, herbidissimumque, arcem non inelegantem, quam toparcha loci possidet. *Egmonda* Oceano mari ad Occasum propinqua est, & Alcmaria quidem sesquileuca, Beervico duabus leucis ab juncta: pulcher profecto & concinnus admodum pagus, juxta quem & cœnobium olim, longe hercle amplissimum, quod, teste Irenico, conditum fuit ab Adelberto. Habuit vero & locus iste arcem satis insignem, ita ut Comitatus dignitate præfulgeat: sumente ab eo cognomen Illustrissima & antiqua gente Egmondana.

Pettemum. Pettemum, pagus est ad ipsum Oceani littus, ubi cum rerum parens natura non continuaverit arenosos illos montes & colles, quos vulgo *Duynen* vocant incolæ, ne admisso Oceano interiora absorberentur, molem immanem exstruxere ardui montis caput superantem, quam à canino & Scylleam rabiem imitante latratu vocaverunt 't *Hontsbosch*, quasi sylvam caninam. Palli sunt valide confibulati, & fistucis alte depacti, quorum spatia intermedia grandibus saxis marmoribusq; acervantur, stipanturque: hæc moles ad aliquot centenos passus secundum mare porrigitur, desinitque apud Pettemum. Anniversariæ fabrorum atque opificum operæ assidue illam communiunt, delectis viris ex optimatum numero pro magistratu illic agentibus. Hi operas inspiciunt, imperantque, ut trabes convehantur, saxa comportentur: ubi quid vacillans

est & infirmum, muniatur ac corroboretur. Est autem tam magni momenti hoc opus, tamque efficacis præsidii, ut si casu fortasse, vel Oceanii aliqua in temperie id perfringi contingat, potiorem Hollandiæ partem undarum violentia cooperiendam adfirment. Verum aliquot retro annis, ob ingentes qui in hanc molem sarcen-
dam quotannis impendebantur sumtus, per-
missa ea fuit maris ac procellarum arbitrio, ut
jam pendentes ex alto trabes, & hiatus ingen-
tes passim appareant, & vestigia prisci operis.
Objecto autem mari ingenti agrorum spatio,
ne arctius pressum perrumperet obstantia, ag-
geres terrestres in summam altitudinem unus
& alter aggesti sunt, qui ob incolarum hodie
securitatem, *Slapers* vocantur. Ipse pagus Pette-
num maris ludibrium est, cuius aliquot adhuc
ædes reliquæ obortis per hyemem tempestati-
bus absorbentur. Novum vero pagum cis ag-
geres exstruere incipiunt pagani, sedibus non
longe translati.

Ad Borealem Hollandiam pertinent aliquot insulæ, quarum maxima est *Texela*, partim arenariis tumulis, partim aggeribus adversus Oceani furorem munita; magna parte compascua est, & ingentes ovium greges nutrit. Municipium habet haud vulgare, & aliquot pagos. Superioribus annis hic munimentum ab Illustr. Ordinibus decretum, in quo jugiter præfidiarii excubant. Secunda *Flielandia*, Flevi nomen servans, oblonga & angusta, & duobus tantum vicis ad utrumque cornu habitata. Tertia *Schellinga* linga, superiore paulo longior, & duplo pene latior, ac quinque pagis habitata. *West-eynde*, *Middelland*, *Formare*, *Hoorn*, & *Ooster-eynd*: quorum duo, *Middelland* & *Hoorn*, templa habent.

Atque hæ quidem tres insulæ patenti Oceano versus Septentrionem objectæ sunt, & fretum maris interni veluti occludunt, duosque celebratissimos portus efficiunt Texelensem, & Flielandicum, quorum ille oportunus in Angliam, Galliamque abituris, hic in Germaniam, Daniam, &c.

In interiori sinu jacet *Wieringa*, ab alga marina, quam nostrates *Wier* vocant, ita dicta, fertili admodum solo & culto, ubi & plurimæ oves aluntur. Tum *Vrck* & *Ens*, in interiori freto sitæ, ambitu exiguo, & indigenis cultæ, moris antiqui & peregrini; qui facile ab aliis morum inurbanitate discernuntur, præsertim *Ensii*, licet Transfalanæ continenti propiores sint, & quotidie ad *Campensem* urbem commeent. Idioma illorum barbarum quiddam sonat, licet sermo sit Belgicus, at Frisio propior. *Ens* duabus vicis incolitur, *Ens* & *Emeloort*. Incolæ pisatu fere quæstum faciunt.

W E S T - F R I S I A,

S I V E

HOLLANDIA BOREALIS.



Hollandia in plures partes dividitur, quæ peculiaria nomina sortiuntur, ut Kennemariam, Waterlandiam, Amstelandiam, Goelandiam, & similes. Sed maxime communis & aliquius usus divisio est in Australem & Septentrionalem, quarum hæc etiam *West-Frisia* dicitur. nam hæc partes nonnihil moribus & institutis variant, incolarumque ingenia & habitus plurimum discrepant. Dicitur *Septentrionalis Hollandia*, respectu situs, quia ad Septentrionem vergit, si cum reliqua Hollandiæ parte compares. Dicitur *West-Frisia*, respectu Frisiæ, quæ hodie specialiter ac proprie Frisia nuncupatur. Hæc enim ad Orientem jacet, si cum hac parte compares. Frisiæ nomen habet, quia hic sedes olim fuit Frisiorum minorum, qui trans Rhenum ad Oceanum habitabant & Flevum. ita ut Trajectensis provinciæ ac urbis pars transrhena, Velavia omnis, etiam Amstelodamum & Harleum Frisiæ nomine venerint. Septentrionalis vero ac Australis Hollandiæ limites ratione regimini politici & Ecclesiastici diversi sunt. Nam politici ratione, Australi accensentur Harleum & Amstelodamum: Ecclesiastici vero, hæc oppida cum suis pagis & classibus Synodo Septentrionalis Hollandiæ accedunt. Sunt autem Septentrionalis Hollandiæ urbes hæc: *Alcmaria*, *Horna*, *Enckhusa*, *Edamum*, *Monachodamum*, *Medenblicum*, *Purmerenda*. *Alcmaria* tribus Horna milliaribus abest, urbs nitida, olim undique lacubus & stagnis circundata: quorum jam aliquot incolarum industria exhaustis aquis in pascua sunt conversa. Antiquitatem suam ab anno 15 c xxx accersit. Constat sane, ante annos quadringentos & quinquaginta à West-Frisiis incensam; nunc ab insultu & impressione hostium vallo egregie tutam, ædificiis splendidis ornatam, populosam, & omni genere commeatuum abundantem esse. Nomen meruit, superioribus annis, Hispanorum exercitu post Harlemi ditionem à mœnibus suis fortiter repulso. *Horna* circa annum Domini 15 ccc primum ædificari cœpit, quum in sinum illum Danica navigia crebrius appellerent, cum buculo pecore ad mercatum, sub Aprilem mensim. Hæc Frisiæ Occiduæ metropolis audit, habetque monetam Westfrisiæ. Oppidum est copiosum, quod ex semisse mari, sive freto *Au-*

strali, (olim Flevus erat) alluitur: reliquam partem amœni agri & læta pascua cum pagis minime obscuris & locupletibus cingunt. Plateas habet per amplas, portum tutum & tranquillum in interiori sinu. Et licet nunc commercium illud Danicum fere Enchusam translatum sit, tamen urbs navigationibus in omnes pene orbis partes, & navium struendarum singulari peritia, in summam frequentiam & opulentiam evasit. *Enchusa* in Septentrionali Hollandiæ parte oppidum elegans, & natura loci admodum munitum: maris furori objectum, quem in extreto terræ margine situm despicit: opibus mari partis insigne, lateritiis plerisque ædibus ornatum; paucioribus ligneis, ob incendiorum periculum, quæ semel iterumque olim experitum metuit. qua mare respicit, muro; qua terram, vallo terreo cingitur. Oppidum hoc factitii salis gloriam affectat, numerosis admodum longo secundum aggerem tractu extuctis tenetis salariis, in quibus strues salinarum aggestas videre est, sudantibus noctes diesque operis: quæ olim extra vallum, nunc intra illud recepta sunt. Oppidani homines gnavi & industrii, ex Armoricis civitatibus atque aliunde salem asperum & pullum devectum, cortinis amplis excoquunt, affusa marina, quæ nonnihil inertem mittemque gustus salis saporem corrigendo exhibet, ac candorem mensis cibisque gratum arte conciliat. Hoc oppidum Neptunum dici jure queat, quod fatali illa (inquit *Iunius*) & haud scio qua immutabili sempiterni ordinis lege, maris quoddam imperium & classium agitaverit, propitio Caroli Cæsaris & Philippi Regis studio atque favore, quando uterque non aliis temere navibus vitam suam, hic in transmittendo Oceano, ille in suscipiendis expeditionibus, commiserint. Ampliatum id oppidum anno 15 15 xci, pomœriis longe lateque productis, & vasto terrarum spatio intra vallum accepto, ita ut nunc extra vallum vix sesqui horæ spatio ambiri possit. *Edamum*, Borealis itidem Hollandiæ oppidum, non in amœnum, tum navium struendarum singulari industria, tum præstantissimi casei copia celebre: muro & fossa cinctum. Distat Horna terra marique spatio pene æquali duorum milliarium. Situm ad interiorem freti australis sinum ab una parte: ad permagnum lacum ab altera: qui hodie exhaustis undis & aggere septus in pascua & arva conservatus est. *Monachodamum* milliari uno dissidet ab *Edamo*. Ad Eurum illi objecta Marca insula, tranquilliores maris sinum patitur. Oppidum exiguum est, vallo, & aliqua parte muro cinctum:

Horn